

dissentientes faciunt in ecclesia. Secte que grece dicuntur hereses. Ebrietates assidue. comestiones superflue veneficia sunt incantationes. Cetera vero vitia per apostolum superius premissa superius sunt exposita quoniam de mortalibus peccatis et eorum de filiabus est tractatum. Beatus etiam augustinus plurima peccata mortalia enumerat cum dicit. Mortalia sunt homicidium. sacrilegium. adulterium. fornicatio. falsum testimonium. rapina. furtum. superbia. invidia. auaricia. et si longo tempore teneat iracundia. et ebrietas si assidue sit purat in eorum numero. quicumque aliquis de istis peccatis in se dominari permiserit nisi digne peniteat in eterno igne cruciabitur. lxx aug. Sic patet de peccatis mortalibus.

Capitulum .xxii.  
**De venialibus peccatis**

Pro peccatis sciendum est quod sunt diuersa. et longum esset omnia replicare. De quibus beatus augustinus mentionem facit. que memorans ac dicens. Quae autem sunt minuta peccata licet omnibus nota sint. tamen quod longum est ut omnia replicentur. opus est ut ex eis aliqui nominemus. Quotiens aliquis in cibo et potu plus accipit quam necesse est. ad minuta peccata nouerit pertinere. Quotiens plus loquitur quam expedit. quotiens pauperem impertine perentem exasperat. quotiens cum sit corpore sanus aliquis ieiunantibus ipse praeter uoluerit. aut somno tardus ad ecclesiam surgit. Quotiens excepto filiorum desiderio uxorem suam cognouerit. quotiens in carcere positum tardius requisierit. infirmos tardius uisitaauerit. si discordes ad concordiam reuocare neglexerit. Si plus aut primum aut uxorem aut filium aut seruum exasperauerit quam oportet. si amplius fuerit blanditus quam oportet. si

cuiuscumque maiori persone ex uoluntate aut necessitate adulari uoluerit. si se aut in ecclesia. aut extra ecclesiam fabulis ociosis de quibus in die iudicii ratio reddenda est occupauerit. si dum iocantes incaute iurauerimus. et tamen hoc per aliquam necessitatem implere non potuerimus. utriusque iurauerimus. et cum omni facilitate maledicimus. lxx augustinus. In quibus iam memoratis peccatis minutis siue venialibus possumus colligere etiam omnia alia similia esse peccata venialia. quia longum esset singula talia explicare.

Et notandum quod omnis culpa separata a deo. Nec autem separatio perfecte quidem fit per peccatum mortale. Imperfecte uero per peccatum veniale. Per peccatum enim mortale omnis mens auertitur a deo per peccatum autem veniale retardatur affectus hominis ne ita prompte feratur in deum. sed utrumque peccatum per penitentiam deletur. Et si cur mortale peccatum remitti non potest. quod diu uoluntas peccato inhaeret. ita etiam nec peccatum veniale. sed ad remissionem peccati mortalis perfectior exigitur penitentia. ad peccatum autem veniale requiritur actualis quedam displicentia. Et sciendum quod homo in genera constitutus potest vitare omnia peccata mortalia. et singula peccata venialia. sed non omnia. Unde penitentia de peccatis mortalibus requiritur ut homo proponat abstinere ab omnibus et singulis mortalibus peccatis. Sed ad penitentiam venialium peccatorum requiritur quod homo proponat abstinere a singulis. non tamen ab omnibus. Ista tangit beatus thomas de aquino sic dicens. Notandum quod culpa separata a deo. sed haec separatio perfecte quidem fit per peccatum mortale. imperfecte autem per peccatum veniale. Nam per peccatum mortale mens omnino a deo auertitur. utpote contra caritatem agens. Per peccatum autem veniale retardatur affectus hominis. ne ita prompte

in deum feratur. Et ideo utrumque peccatum per penitentiam quidem remittitur. quod per utrumque deordinatam voluntas hominis. per immoderatam perversionem ad bonum creatum. Sicut enim peccatum mortale remitti non potest. quod dum voluntas peccato adheret ita etiam nec peccatum veniale. quod manente causa manet et effectus. Exigit autem ad remissionem peccati mortalis perfectio penitentia. scilicet ut mortale commissum detestetur quantum in ipso est. ut scilicet diligentiam adhibeat ad rememorandum singula peccata mortalia ut singula detestetur sed hoc non ad remissionem venialium requiritur. tamen actualis quedam displicentia. pura cum aliquis hoc modo in deum fert secundum affectum et res divinas et quicquid sibi occurreret. quod eum ab hoc motu retardaret displiceret ei. et toleret se hoc commississe. etiam si actu de illo non cogitaret quod tamen non sufficit ad remissionem peccati mortalis. nisi quantum ad peccata oblita possit diligentem inquisitionem. quod de quolibet peccato mortali tenet homo specialiter conteri. unde debet homo recogitare ad inveniendum peccatum commissum. Si peccatum omnino a memoria exciderit. tunc ex impotentia faciendi excusatur a debito. et sufficit generalis contritio de omni eo. in quo deus offendit. Sed quando impotentia tollitur. sicut cum ad memoriam peccatum revocatur. tunc tenet specialiter conteri homo. Etiam sciendum quod homo in gratia constitutus potest vitare omnia peccata mortalia et singula. potest etiam vitare singula peccata venialia sed non omnia. Et ideo penitentia de peccatis mortalibus requiritur quod homo proponat abstinere ab omnibus et singulis peccatis mortalibus. sed ad penitentiam venialium peccatorum requiritur quod proponat abstinere a singulis. non

tamen ab omnibus. quod infirmitas huius vite hoc non patitur. Debet tamen habere propositum se preparandi ad venialia peccata immunda. alioquin esset ei periculum deficiendi. cum desereret appetitum proficendi seu tollendi impedimenta specialia perfectus. quae sunt venialia. hoc thomas. De remissione etiam venialium peccatorum sciendum. quod omnia venialia peccata tolluntur per diversa remedia videlicet per eucharistie dignam sumptionem. per extremam unctionem. et per generalem confessionem. perunctionem peccatorum. per dominicam orationem. per episcopales benedictionem. per aque benedictionem. per confessionem. Per hoc igitur remittuntur venialia peccata. non tamen semper remittuntur totaliter quantum ad penam. quod si sic non qui esset omnino immunis a peccato mortali a seipso aqua benedicta statim appellaret sed reatus pene remittitur. secundum motum fervoris in deum. qui per predicationem excitatur secundum magis et minus. De hoc per thomam de aquino sic dicitur. Notandum quod triplici ratione aliqua causant remissionem venialium peccatorum. Uno modo in quantum in eis infunditur gratia. per infusionem gratiae tolluntur venialia peccata. et hoc modo per eucharistiam et extremam unctionem. et minor salubriter per omnia sacramenta nove legis. in quibus profertur gratia. peccata venialia remittuntur. Secundo in quantum sunt cum aliquo motu detestationis peccatorum. et hoc modo confessio generalis unctio peccatorum. et oratio dominica operantur ad remissionem venialium peccatorum. Tercio modo in quantum sunt cum motu reverentiae ad deum et ad res divinas et hoc modo benedictio episcopalis. et asperctio aque benedictae operantur ad remissionem venialium peccatorum. Et quidem per praedicta tolluntur venialia peccata quantum ad culpam. non tamen virtute illius sacrificatiois non tamen sed

etiam virtute caritatis citius motus p  
 predicta excita. Non aut per qdlibet  
 predictoy sp tollit reatus pene. qz sic  
 qui esset oino immunis a pcto mortat  
 li aspersus aqua benedicta statim auo  
 larer. Sz reatus pene remittit per pze  
 dicta fm morum feruoris in deū. qui  
 per predicta excita qnqz magis qnqz  
 minus. hec thomas **N**otandū  
 etiaz q peccatū cum per pnam citius  
 non tergit. aut peccatū est. aut cā pec  
 cari. aut peccatū aut pena peccati. nam  
 ex vno vitio subsequens culpa oritur.  
 qz ipsum suo pondere mox in aliū tra  
 hit. ex quo creata mēs ducit vt peius  
 ex alio liget. Et cum pctm ex peccato  
 orit iam non pctm tm modo. sed pecca  
 tum est et pena peccati. qz iusto iudicio  
 omnipotens deus cor pctōis obnubi  
 lat. vt precedentis peccati merito etiā  
 in aliud cadat. nam plerūqz vnu idēqz  
 pctm et peccatū est et pena peccati. Qd  
 sic ostendi p̄t. Ventrīs namqz ingluui  
 es in feruorē luxurie plenitudinē car  
 nis instigat. perperata aut luxuria se  
 pe aut periurio aut homicidio tegitur.  
 ne p̄ huiusmodi peccato puniat. Ista  
 p̄memorat beatus greg. xv. mora. sic  
 dicens. Omne quippe peccatū qd cur  
 citius penitendo non tergit aut pecca  
 tum est aut cā peccati. aut peccatum et  
 pena peccati. Pctm namqz qd penitē  
 tia nō diluit. ipso suo pondere mox in  
 aliud trahit. Unde fit vt non soluz sit  
 peccatū. sed etiam peccatū et causa pec  
 cari. Ex illo quippe vitio culpa subse  
 quens orit ex quo cecata mens ducit  
 vt peius ex alio liget. Sed cum pecca  
 tum ex pctō oritur. non iam pctm tan  
 tummodo sed est et pena peccati. qz iusto  
 iudicio omnipotens deus cor pctōis  
 obnubilat. vt precedentis peccati me  
 rito etiam in aliud cadat. Quē enim  
 liberare nolet. deserendo p̄cussit. Nō

ergo immerito pena peccati d̄ q iuste  
 de sup irrogata cecitate ex p̄cedētis  
 peccati vltōne p̄petrat. qd videlz agi  
 tur dispositōe sup̄is ordinata. sed in  
 ferius in iniquitate p̄fusa. vt et p̄cedēs  
 culpa sit causa subsequētis. et rursum  
 culpa subsequens sit pena p̄cedētis.  
 Unde et de infidelibz et subzicis sc̄tis  
 paulus dicit. Qui cū cognouissent de  
 um non sicut deū glorificauerunt. aut  
 gratias egerunt. Et paulo post. p̄ter  
 qd tradidit illos deus in reprobu sen  
 sum. in desideria cordis eoz. in immū  
 dicias. vt stultit̄s afficiant corpora  
 sua in semetipsis. Quia em̄ recognos  
 centes deum pctm sup̄bie p̄miserunt.  
 cecant etiam ne intelligant qd p̄mit  
 tunt. et qui intelligentiā sequi nolunt  
 in pctō et causa peccati sunt. et ipsuz lu  
 men intelligentie pdant in pctō et pe  
 na peccati. Prioris ergo peccati meri  
 to pctōrum sequentiū fouea tegit. vt  
 qui malum sciens p̄petrat deinceps iu  
 ste in alijs etiam nesciens cadat. Hoc  
 quippe agit vt culpis culpe feriantur.  
 quatenus supplicia fiant peccantiū ip  
 sa incrementa vitioy. Nam qz omipo  
 tens deus ad pnam tempus indulget  
 qd humana malicia ad vsum sue iniq  
 tatis retorquet. nimirū iusto dei iudicō  
 augeri culpa p̄mittit vt ad ferendum  
 artius qnqz cumulet. Hinc enim etiā  
 de quibusdā Paulus dicit. Peruenit  
 ira sup̄ illos vt impleant pctā sua sem  
 per. Hinc voce angelica Johanni d̄.  
 Qui nocet noceat adhuc. et qui in soz  
 dibz est sordescat adhuc. Hinc david  
 dicit. Appone iniquitatē sup̄ iniquita  
 tem eoz. et non intrent in iusticiam tu  
 am. Cor quippe d̄ns durz prioribz me  
 ritis aggravatū iuste p̄mittit etiā sub  
 sequentiū malignoy spūm p̄suasio  
 nibz falli. quia cū digne in culpa tra  
 hitur. reatus eius in pena cumlatur.  
 s. i.

## Liber II.

habent iam quidez vnde fieri mereantur sed sustinet tñ adhuc peccatū crescere vt peccantes possit atrocius pena cruciari. iam meret suppliciu pena & causa pcti expectat adhuc. vt augmenta supplicij subroget pctm & causa pcti. Plerūq; vero vnū idemq; peccatum & pctm est & pena peccati & cā peccati. qđ melius ostendimus si res ipas in mediū deducamus. Effrenata quippe ventris ingluuies in furorem luxurie plenitudinem carnis instigat. pperua aut luxuria sepe aut piurio aut homicidio regit. ne humanar legū vltione puniatur. hęc grego. Unde necesse est. si qđ lapsus fuerit in aliqđ pctm graueor p pñiam quanto citius poterit ab hoc vitio resurgere studeat. ne in grauiora peccata ppter tale facinus eum cade re contingat

De duodecim abusioib;.

Ca. XXIII. G

### Sciendū quod

fm beatū ciprianū duodecim sunt abusiones seculi & sunt lx videlicet. Sapiens sine bonis opib;. senex sine religione. adulescens sine obia. diues sine elemosina. femina sine pudicitia. dñs sine virtute. cristianus pntiosus. paup supb;. rex iniquus. ep̄s negligēs. plebs sine disciplina. populus sine lege. Quib; .xij. abusioib; seculi suffocant disciplina & iusticia. hęc ciprianus. Et qđ pñs tractatus maxime requirit & tractat de statu religiosoz & claustralū. Ideo notandū qđ etiam sunt duodecim abusiones claustralū. quib; tota religionis summa corumpit Et sunt iste videlicet. Prelatus negligens. Discipulus inobediēs. Iuuenis ociosus. Senex obstinatus. Monachus curialis. Monachus caudicus. Habitus preciosus. Cibus

## Dist. I. Ca. XXIII.

exquisitis Rumor in claustro. Lis in capitulo Dissolutio in choro Irreuerentia circa altare. Immozemur ergo in singulis & de singulis pauca disseramus. **S**unt quidā qui sciunt & pñt & volunt pzeesse. quidā qui sciunt & pñt & nolunt pzeesse. quidā qui nec sciunt nec pñt nec volūt. sed & sunt quidā qui nec sciūt nec pñt sed volūt. Scire vero & posse & velle est supbie vel caritatis. Scire & posse & nolle est humilitatis vel inertie. Nec scire nec posse & velle ē cupiditatis & stulticie. Nec scire nec posse nec velle est discretiois & prouidentie. Qui em̄ sciunt & possunt & volunt pzeesse si velint pdesse caritatis est. alioquin superbie. Qui vero sciunt & possunt sed nolunt hūilitatis est qđ rennuit. inertie do cū sciunt si omnino desistūt. Qui aut nec sciūt nec possunt sed volūt cupiditatis esse videt. qđ volūt esse stulticie si velint qđ nec sciunt nec pñt. illi si quidē qui nec sciunt nec pñt nec volūt prudēter agūt. summa em̄ discretio est nolle qđ nō potest. **S**ciendū aut qđ oues pastores sequunt ad vitam si diligens. ad mortem si negligens precedat. debet em̄ precedere vita & doctrina. vt qđ docet verbis factis impleat. Tenere etiam debet vnitates cū grege qđ fit qñ nō diuidit a subiectis p preciosiorem habitum. vel p delicatiore cibū dū sit vnus p passionem. cum infirmis. p dispensationem. cū delicatis vt cū aplo dicere possit. oib; omnia factus suz. pastore vero negligens fugit. Sunt em̄ quidā prelati. qui onera importabilia imponūt subditis & ea digito mouere nolūt fugiunt quod precipiunt. fugiunt qđ remoti a puentu sub ocio viuunt. qui praua agunt. & reprehendi nolūt. qui male viuūt & subiectos bene viuere cogunt errantes reuocant sed fortes cogunt